

*De Propos. necessariarum gradib.* 521

15. Sicut primus modus per se; ita & secundus integras complectitur propositiones, quæ dicuntur per se.

16. Habent autem propositiones huius quoque modi duas conditionales (α) ut prædicatum subiecto insit, (β) ut subiectum ponatur in definitione prædicati, seu, ut prædicatum ad sui definitionem assumat subiectum, e.g. cum dico: *homo est capax disciplinarum*, prædicatum non solum inest subiecto, sed etiam ad sui definitionem assumit subiectum nempe hominem; cum capacitas disciplinarum absque mentione hominis tanquam subiecti, ex cuius natura fluit, definiri non possit:

17. Nota 1. Cum dicitur, quod tam in primo, tum in secundo modo prædicatum subiecto debeat in esse, subiecto illud inesse dicitur, quod in ordine ad illud vel est universalis vel adiective aut per modum adiectivi significatur, e.g. in his: *homo est animal*, *homo rationalis*, prædicata in sunt subiectis, quia in priori prædicatū est universalis subiecto, in posteriori autem est adiectivum. Hoc notandum est contra Sueffinum *comm. in lib. 1. post. c. 4.* ubi docet, prædicata secundi modi esse dupli-

kk 5